

probas; quarum gravitate unusquisque miratur, ut asseris, quomodo tam iuvenis annis taliter sentire possit, Ciceronisque me sequi stilum non adulatione sed recta animi ratione testantur. hec quidem, ut verum loquar, minime de me presumo, qui mei, nisi falli delectet ^(a),

5 certior quam quivis alias ^(b) iudex sum; neque tibi non credere audeo ^(c) quem, ut de Socrate scribit Cicero, humane sapientie quoddam celeste oraculum extimo ^(d), sed ad bonum finem a te hec dicta non dubito: ingens enim, ut dicunt, ad excitanda ingenia calcar est gloria ^(e). hoc me stimulo putasti animosiores et ad disciplinas

10 studiosum magis efficere. de quo tibi gratias habeo, qui benivolentiam quam ad me geris et his multo ^(f) maioribus beneficiis ostendisti, sed nescio quo pacto ea que de me ^(g) scribis persuadere michi possim. principio litteras meas tuo et aliorum iudicio probatas dicis. in quo quidem non est michi magne cure quid de me

15 alii sentiant, nec multitudinis iudicio laudari cupio: tuum grave maturum et grave iudicium in me requireo. mirantur, ut dicis, quomodo tam iuvenis annis ita graviter sentire ^(f) possit. hoc est quo maxime perturbor. dum enim considero quot dies otiosus et inutilis egi, quot noctes marcido sopore consumpsi, non modo hec

20 de me fingere non audeo, sed omnino alicuius unquam pretii futurum me esse despero. atqui multos video iuvenes solentes et studiosos, qui et diei noctem et nocti diem adiciunt, nullum tempus studiis suis sufficere arbitrantes. quid est ergo quod illis me comparari patiar? satis grate, imo gratissime ferrem, si ea essem virtute

25 preditus quam etas mea michi concederet. Ciceronis me stilum sequi perhibent? verum est illud: sequor, quo minus possum, totius eloquentie fontem. nescio enim quem potiorem ducem in hoc sectari valeam. sed adeo iners tardusque sum ut velociter preeuntem obliteratis ^(g) ferme vestigiis nedum attingere ^(h) sed videre

se anche non me-

saranno per lui uno
stimolo a progre-
dire sempre in me-
glio.

È giovane, sì;
ma quanti altri
giovani lo supera-
no in operosità!

Segue le orme di
Cicerone

(a) *B P* delector *C* delecter (b) *G* u quam alias (c) *B P C* tibi credere non audeo
 (d) *C* et his et multo (e) *B P* que ad me (f) *B P* annis taliter sentire (g) *G* u ut
 vel artem presentem obliteratis (h) *B* attingero

(1) Si tratta probabilmente di un equivoco del V., il quale ha interpretato male le parole di CIC. *De divinat.* I, LIV, 122: «Hoc nimurum est illud,

«quod de Socrate accepimus ... esse divinum quiddam quod δαιμόνιον «appellat».

(2) Cf. OVID. *Ex Ponte*, IV, II, 35-6.